

Sigismundus Primus Rex Poloniae
 Mathias de Drzewica Epō Cujavicus

221

Quod in Christo Dater, sin-

cerē nobis Dilecte —
 Nondum rediit Cubicularius quem ad
 Consiliarios majoris Poloniae misimus,
 qui cum primū veniēt, statuimus, de a-
 gendo Conventu, prout plurium senten-
 tia censuerint. Quamquam veremur, ut
 commodē Ipsam Conventum peragere pos-
 semus. Hyemantibus hie circa Borzotho-
 nem in Campis nostris, cum Imperatore
 suo universis Tartaris, Qui nullō modō
 contineri poterunt, quin ad Dominia no-
 stra continuo excurrant. Quae res nos plu-
 rimum angit. Et impendimus quidem o-
 mnem operam, quō hie pecunias aliquas
 conquiramus, quibus Delinire possemus
 animos Casarcutorum, ut se versus mo-
 schoviam converterent, et Dominia no-
 stra non infestarent. Sed an efficere id
 poterimus, adhuc planē nescimus. Et quā-

Tartaria

visi sunt

Et quamvis sint in Russia, Milite et Sep-
-tingenti Equites, tamen nescimus quo-
-modo illis usque ad Estatem servari
-poterunt. Scribit enim nobis magister Cas-
-tellanus Pandominensis, sibi ad Thesaurum
-Publicum toto hoc anno, non plus colla-
-tum esse ex omnibus Exactionibus, quam
-20. milia florenorum. Ex quibus jam
-solvit militibus mercenariis, et qui dudum
-serviunt, et quos postea suscepimus,
-stipendium demeritum, et pro illis etiam
-quos demum Consilarii Ferrarum Craco-
-vicensis, et Pandominensis, suscepimus fecerunt
-summam mutuam acceptam exolvere manda-
-vimus. Quare ex eadem summa sol-
-vendum erit Tartaris, et ita qualiter
-sufficere debeant non videmus. Consilarii
-vero nostri, nihil aliud cum eos paulo ante
-per Literas concludimus nos docuerunt fa-
-ciendum. Omnes id committunt arbitrio
-et Dispensationi Nostrae. Sed haec est valde
-gravis Dispensatio, cum id deficiat, quod
-dispensari deberet. Ut autem respicere de-
-beremus ad id, quod in futuro Conventu
-decerneretur, si ventum erit ad Fertones, mo-
-re solit

move solito juxta Quiritias antiquas
 qui tam incendiis et pestilentia, quam et
 am malo ordine exigendi, continuo De-
 crescunt. Nos probe sumus et Vestra ^{Stilo}
 non ignorat, quantum id faciat. Quare
 sumus anxii et perplexi, quid facere De-
 beamus. Intelligimus quidem omnino
 necessarium esse, ut illic in Russia mi-
 lites mercenarii serventur, sed unde id
 fiat non videmus.

A Duce Moschovia nihil ad
 presens Inquietudinis habemus, cum quo
 quid agendum erit Deinceps, consulere
 nunc cum his Consiliariis, et subditis
 nostris volumus — Bene valeat Vestra
 Sateruitas — Dato:

solit

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]